1. tē tua, mē dēlectant mea.  
     dēlectō, -āre, -āvi, -ātum — “delight; please”  
     Cicero, *Tusculanae Disputationes* 5.63
2. ubi vīta, ibi amor est; ubi amor, ibi sunt omnia; amā ergō, et fac quod vīs.  
     omnia — “all things; everything”  
     amā — (imperative)  
     quod vis — “what you wish”  
     Augustine



3. pecūnia nōn satiat avāritiam, sed irrītat.  
**avāritia, -ae, f.** — “greed; avarice”  
**irrītō, -āre, -āvī, -ātum** — (sounds like?)  
*Publilius Syrus*
4. sī nōn superās parva, quandō vincēs magna?  
*Thomas à Kempis, De Imitatione Christi 1.13.20*
5. sī sapientia Deus est, vērus philosophus est amātor Dei.  
**philosophus** — “philosopher”  
**amātor** — “lover”  
*St. Augustine De Civitate Dei 8.1*
6. hūmānum fuit errāre, sed diabolicum est per animōsitātem in errōre manēre.  
**diabolicus, -a, -um** — “devilish”  
**animōsitās, -ātis, f.** — “animosity; wrath”  
*Augustine, Sermones 164.14*
7. sum semperque fuī pauper, sed nōn obscūrus.  
**pauper** — (adj.) “poor”  
**obscūrus, -a, -um** — (sounds like?)  
*Martial, Epigrammata 5.13*
8. nōn semper errat fāma.  
*Tacitus, Agricola 9.8*
9. nōndum vēnit hōra mea.  
**nondum** — “not yet”  
*Vulgate, John 2.4*
10. nihil sine magnō vīta labōre dedit hominibus.  
**vīta** — *nominative*  
*Horace, Sermones 1.9.59-60*
11. rīdēre sine causā magnae signum stultitiae est.  
**rīdeō, rīdēre, rīsī, rīsum** — *to laugh*  
*Proverb (Weinreiter, Sprichwörtern 73)*
12. sēcrētē amīcum monē, palam laudā.  
**sēcrētē** — “in secret; secretly”  
**palam** — “openly, publicly”  
*Publilius Syrus*

13. aberrāre ā fortūnā tuā nōn potes, obsidet tē.  
**aberrāre** = **ab-** + **errāre** — “wander way from”  
**obsideō, -ēre, -sēdī, -sessum** — “besiege”  
*Seneca, De Clementia 1.8.20*
14. ā bonīs discēs bona; et sī cum malis vivēs, mentem āmittēs.  
**mens, mentis, f.** — “mind”  
**āmittō, āmittere, āmīsī, āmissum** — “lose”  
*Theognis*
15. vīta mortuōrum in memoriā vīvit vīvōrum.  
**memoria, -ae, f.** — (sounds like?)  
*Cicero, Philippica 9.10*
16. librum, sī malus est, nōn possum laudāre.  
*Juvenal, Saturae 3.41*
17. elephantōs porcīna vōx terret.  
**elephantus, -ī, m.** — (sounds like?)  
**porcīnus, -a, -um** — “of a pig”  
*Seneca, De Ira 2.11.5*
18. iūstītia est domina et rēgīna virtūtum.  
**iūstītia, -ae, f.** — “justice”  
*Cicero, De Officiis 3.28*
19. habent parvae commoda magna morae.  
**parvae** — (goes with **morae**)  
**commodum, -ī, n.** — “advantage, profit”  
*Ovid, Fasti 3.394*
20. stultus est qui spem ponit in hominibus aut in creaturis.  
**stultus est qui** — “foolish is he who...”  
**spem** — “hope” (accusative)  
*Thomas à Kempis, De Imitatione Christi 3.6.11*

### Legal maxim #17

dē minimīs nōn cūrat lēx.

**cūrō, cūrāre** — “to care about, to be concerned with”

*Legal maxim asserting that the law only concerns itself with important matters.*

**Legal maxim #18**

*lēgēs nōn valent ultrā territōrium.*

**ultrā** — (*prep. w. accusative*) “beyond”

**territōrium** — (*sounds like?*)

*Legal principle limiting the scope of law geographically.*

**A letter to recover lost property**

Mārcus Cicerō salūtem dicit Publīō Sulpiciō, Imperātōri:

Dionysius, servus meus, fūgit. is est in prōvinciā tuā: eum Marcus Bolanus, vir bonus et meus amicus, et multī aliī ibi vīdērunt. sī potes eum ad mē remittere, grātiās tibi agam.

**salūs, salūtis, f.** — “good health” (a greeting)

**multī aliī** — “many others”

**sī potest** — “if it is possible”

**remittō, -ere, -mīsī, -missum** — “to send back”

*Cicero, Epistulae ad Familiares, 13.77. Written at Rome, August, 45 BC.*

**Augustine on the vine and branches (Augustine, Sermones 87)**

Dominus dicit in ēvangeliō: “ego sum vītis, vōs estis sarmenta, pater meus est agricola.” quid facit agricola? interrogō vōs quī agricolae estis; quid facit agricola? agrum colit. sī ergō pater deus agricola est, habet agrum, et colit agrum, et exspectat ex eō fructum.

**in ēvangeliō** — “in the gospel”

**vītis, -is, f.** — “vine”

**sarmentum, -ī, n.** — “branch”

**interrogō** — “I ask”

**vōs quī** — “you (pl.) who”

**ex eō** — “from it”

**fructum** — “fruit”

**colō, colere, coluī, cultum** — “cultivate”

**exspectō, -āre, -āvī, -ātum** — “to await for; expect”



8a

---

THE IMPERFECT TENSE

THE FUTURE TENSE

## Vocabulary to learn

### nouns

---

**animus**, -ī, **m.** — mind, soul

**animī**, -ōrum, **m. pl.** — high spirits; courage

**cōsiliū**, -iī, **n.** — plan, purpose; advice, counsel; judgement

**culpa**, -ae, **f.** — guilt, fault; blame

**cūra**, -ae, **f.** — care, caution; a charge, task

**glōria**, -ae, **f.** — glory, fame, praise

**liberī**, -ōrum, **m.** (*plural*) — children

**philosophia**, -ae, **f.** — philosophy

**vitium**, -iī, **n.** — fault; crime, vice

### adjectives and other

---

**beātus**, -a, -um — blessed, happy

**clārus**, -a, -um — clear, bright; famous, illustrious

**liber**, **libera**, **liberum** — free

**longus**, **longa**, **longum** — long

**nec** — and not

**neque** — and not

**novus**, -a, -um — new

**perpetuus**, -a, -um — perpetual, lasting, continuous

**plēnus**, -a, -um — full; (*with the genitive or ablative*) full of, filled with

» **plēnus vīnī vir** = “a man full of wine”

» **plēnum puerīs gymnasium** = “a gymnasium filled with boys”

**proximus**, -a, -um — very near, next (to), nearest

**pulcher**, **pulchra**, **pulchrum** — beautiful, handsome

**salvus**, -a, -um — safe, sound

**sānus**, -a, -um — sound, healthy, sane

## The Imperfect Tense

You already know the perfect tense as the tense of completed action. It can be translated with either the English simple past (**ēgi** = “I did”) or the perfect (“I have done”). The imperfect, by contrast, refers to incompleted action in the past, and is translated with the English continual past “I was doing” or the habitual past “I used to do”.

|                                |                   |                    |                      |                    |                  |
|--------------------------------|-------------------|--------------------|----------------------|--------------------|------------------|
| <i>I was loving<br/>(etc.)</i> | <i>... seeing</i> | <i>... reading</i> | <i>... capturing</i> | <i>... hearing</i> | <i>... going</i> |
| <b>amābam</b>                  | <b>vidēbam</b>    | <b>legēbam</b>     | <b>capiēbam</b>      | <b>audiēbam</b>    | <b>ībam</b>      |
| <b>amābās</b>                  | <b>vidēbās</b>    | <b>legēbās</b>     | <b>capiēbās</b>      | <b>audiēbās</b>    | <b>ībās</b>      |
| <b>amābat</b>                  | <b>vidēbat</b>    | <b>legēbat</b>     | <b>capiēbat</b>      | <b>audiēbat</b>    | <b>ibat</b>      |
| <b>amābāmus</b>                | <b>vidēbāmus</b>  | <b>legēbāmus</b>   | <b>capiēbāmus</b>    | <b>audiēbāmus</b>  | <b>ībāmus</b>    |
| <b>amābātis</b>                | <b>vidēbātis</b>  | <b>legēbātis</b>   | <b>capiēbātis</b>    | <b>audiēbātis</b>  | <b>ībātis</b>    |
| <b>amābant</b>                 | <b>vidēbant</b>   | <b>legēbant</b>    | <b>capiēbant</b>     | <b>audiēbant</b>   | <b>ībant</b>     |

The endings, as you will notice, are identical for all conjugations, but are preceded by the characteristic vowel of each conjugation.

### Put it into practice

Translate the following verbs.

- |               |                            |
|---------------|----------------------------|
| 1. terrēbāmus | 7. they were seeing        |
| 2. habēbās    | 8. you (sg.) were thinking |
| 3. vocābam    | 9. you (sg.) were staying  |
| 4. laudābant  | 10. I was staying          |
| 5. dabāmus    | 11. we were helping        |
| 6. culpābant  | 12. he/she/it was sending  |

Now compare your answers to the key in Appendix 1.

## Imperfect of esse and posse

The imperfects of **esse** (“to be”) and **posse** (“to be able”) have the following forms:

|               |                       |                  |                            |
|---------------|-----------------------|------------------|----------------------------|
| <b>eram</b>   | <i>I was</i>          | <b>poteram</b>   | <i>I was able</i>          |
| <b>erās</b>   | <i>you (sg.) were</i> | <b>poterās</b>   | <i>you (sg.) were able</i> |
| <b>erat</b>   | <i>he was</i>         | <b>poterat</b>   | <i>he was able</i>         |
| <b>erāmus</b> | <i>we were</i>        | <b>poterāmus</b> | <i>we were able</i>        |
| <b>erātis</b> | <i>you (pl.) were</i> | <b>poterātis</b> | <i>you (pl.) were able</i> |
| <b>erant</b>  | <i>they were</i>      | <b>poterant</b>  | <i>they were able</i>      |

You have already learned the future of the verbs **esse** and **posse** in Chapter 4.

**Put it into practice**

Translate the following verbs

- |               |                    |                         |
|---------------|--------------------|-------------------------|
| 13. poterāmus | 17. poterant       | 21. I was able          |
| 14. erāmus    | 18. erant          | 22. you (pl.) were able |
| 15. poterās   | 19. he was able    | 23. you (sg.) were      |
| 16. erat      | 20. you (pl.) were | 24. I was               |

Now compare your answers to the key in Appendix 1.

## The Future Conjugations

In Chapter 7, you learned the future tense for the third and fourth conjugations. The future of the first and second conjugation has the endings **-bō, -bis, -bit, -bimus, -bitis, -bunt**.

| <i>I shall love (etc.)</i> | <i>... see</i>   | <i>... read</i> | <i>... capture</i> | <i>... hear</i> | <i>... go</i> |
|----------------------------|------------------|-----------------|--------------------|-----------------|---------------|
| <u>amābō</u>               | <u>vidēbō</u>    | <u>legam</u>    | <u>capiam</u>      | <u>audiam</u>   | <u>ībō</u>    |
| <u>amābis</u>              | <u>vidēbis</u>   | <u>legēs</u>    | <u>capies</u>      | <u>audiēs</u>   | <u>ibis</u>   |
| <u>amābit</u>              | <u>vidēbit</u>   | <u>leget</u>    | <u>capiet</u>      | <u>audiet</u>   | <u>ibit</u>   |
| <u>amābimus</u>            | <u>vidēbimus</u> | <u>legēmus</u>  | <u>capiemus</u>    | <u>audiēmus</u> | <u>ibimus</u> |
| <u>amābitis</u>            | <u>vidēbitis</u> | <u>legētis</u>  | <u>capietis</u>    | <u>audiētis</u> | <u>ibitis</u> |
| <u>amābunt</u>             | <u>vidēbunt</u>  | <u>legent</u>   | <u>capient</u>     | <u>audient</u>  | <u>ibunt</u>  |

**Put it into practice**

Parse the following verbs.

- |              |               |               |
|--------------|---------------|---------------|
| 25. erunt    | 29. mittet    | 33. monēs     |
| 26. gerētis  | 30. manēbō    | 34. terrēs    |
| 27. capiēmus | 31. manētis   | 35. poterimus |
| 28. ducent   | 32. veniēbant | 36. audiētis  |

Now compare your answers to the key in Appendix 1.



## Practice Sentences

1. poëtae Rōmānī carmina antiq̄uīs dē mōribus Graecōrum saepe scribēbant. sed Graecī carmina Rōmāna numquam legērunt.
2. propter mōrēs imperātōris nostrā in patriā sine cūrā remanēre possumus. maximōs enim animōs et sapientiam optimam habet.
3. paucī sine vitiīs sunt; sed bonī pauca minimaque habent.
4. tyrannus virōs nostrōs superāre nōn poterat nec imperātōrem nostrum fallere poterit.
5. nōn potest dare sententiās sine verbīs, neque verba sine sententiīs.
6. dī verba nostra audiunt videntque facta.
7. scrīptōrēs Rōmānī populum saepe terrēbant. maximīs enim dē perīculīs scrīpsērunt.
8. Caesar maximus Rōmānōrum imperātor fuit. multōs enim populōs terrāsque vīcit.
9. multam pecūniam numquam habēbo, sed semper beātus erō.
10. They were not able to avoid the blame on account of the destruction of the temple.
11. A man will learn many good things if he reads good books.

## Ancient Readings

1. bene valē! apud Orcum tē vidēbō!  
**apud Orcum** — “at the house of Hades”  
*Plautus, Asinaria 606*
2. virtūs est vitium fugere.  
*Horace, Epistulae 1.1.41*
3. cīvitas in sēditiōne nōn potest esse beāta.  
**sēditiō, -tiōnis, f.** — “civil discord, dissension, sedition”  
*Cicero, De Finibus 1.58*
4. oculōs habent et nōn vidēbunt; aurēs habent et nōn audient.  
**auris, auris, f.** — “ears”  
*Vulgate, Psalm 113: 13-14*
5. longa est vīta, sī plēna est.  
*Seneca, Epistulae Morales 93.2*
6. ait praetor: sī nōn habēbunt advocātum, egō dabō.  
**ait praetor** — “the praetor says”  
**advocātus, -ī, m.** — “an advocate; a lawyer”  
*Ulpian, Digesta 3.1.1.4*
7. Cicero vīvit, vīvetque per omnium saeculōrum memoriā.  
**memoria, -ae, f.** — (sounds like?)  
**omnium saeculōrum** — “of all ages” (genitive)  
*Velleius Paterculus, Historia Romana 2.66.5*
8. fīlius nōn portābit inīquitātem patris, et pater nōn portābit  
inīquitātem filiī.  
**inīquitas, -tātis, f.** — “iniquity, sinfulness”  
**portō, -āre, -āvī, -ātum** — carry  
*Vulgate, Ezekiel 18.20*
9. nōn census nec clārū nomen sed probitās magnōs ingeniumque  
facit.  
**census** — “census qualification, net worth”  
**probitās, probitātis, f.** — honesty, uprightness  
**ingenium, -iī, n.** — “talent”  
*Ovid, Ex Ponto 1.9.39*

10. sum fēlix (quis enim negābit hoc?) fēlixque manēbō.

**fēlix** — “lucky” (nominative singular)

**quis** — “who...?”

**negō, -āre, -āvī, -ātum** — “to deny”

*Ovid, Metamorphoses 6.193*

11. nūllum firmum in Graecīs hominibus cōsiliū est.

**firmus, -a, -um** — “firm, strong; reliable”

**nūllus, -a, -um** — “no, none, not any”

*Cicero, Pro Flacco 36*

12. cognōscētis vērītātem, et vērītās liberābit vōs.

**cognoscō, -ere** — “know, recognize”

**vōs** — “you” (pl. acc.)

*Vulgate (John 8:32)*

13. lex semper dabit remedium.

**remedium, -iī, n.** — “a remedy” (9)

*Juristic maxim*

14. quis est homo, quī vivet et nōn vidēbit mortem?

**quis** — “who...?”

**quī** — “who”

**mors, mortis, f.** — “death” (12)

*Vulgate, Psalms 88.49*

### Legal Maxim #19

malō animō

*Legal phrase referring to criminal intent.*

### Legal maxim #20

ubi nōn est culpa, nōn est poena.

*Legal principle stating that there is only a penalty where fault can be determined.*

### Legal Maxim #21 <<<move to 8b>>

aqua currit et dēbet currere, ut currere solēbat.

**ut** — “just as”

*Legal principle that holds that a running stream should be left to flow in its natural channel.*

**Legal maxim #22 <<move to 8b>>**

---

rēx dēbet esse sub lēge, quia lēx facit rēgem.

**sub** — (*prep + abl*) “under”

**quia** — “because”

*Legal principle establishing the relationship between the law and the king.*

**Varro on the words *agere*, *facere*, and *gerere***

---

propter similitūdinem verbōrum multī errant. potest enim aliquid facere et nōn agere, ut poēta facit carmen et nōn agit, contrā actor agit et nōn facit, et imperātor neque facit neque agit, sed bellum gerit.

**similitūdo, -tūdinis, f.** — “similarity”

**aliquid** — “something”

**ut** — “just as; as”

**contrā** (adv.) — “on the other hand; by contrast”

*Varro, De Lingua Latina, 6. 77 (adapted)*

8b

---

VERBS THAT TAKE INFINITIVES

## Vocabulary to Learn

### verbs

---

**audeō, audēre, ausus sum\*** — to dare

\* **audēre** forms its perfects in a compound that includes a form of the verb 'to be': *ausus est* = "he dared", *ausa est* = "she dared", *ausi sunt* = "they dared", etc.

**cupiō, cupere, cupivī, cupitum** — to desire

**dēbeō, dēbere, dēbuī, dēbitum** — to owe; ought, must

**dēsino, -ere, -sivī, -situm** — to cease, stop

**doceō, docēre, docuī, doctum** — to teach; tell, show

**incipiō, incipere, incēpī, inceptum** — to begin

**soleō, solēre, solitus sum\*** — to be accustomed

\* like **audēre**, **solēre** forms its perfects in a compound: *solitus est* = "he was accustomed", etc.

**temptō, temptāre, temptāvī, temptātum** — to attempt, try

**tolerō, tolerāre, tolerāvī, tolerātum** — to endure, bear, tolerate

### other

---

**aut ... aut** — either ... or

**et ... et** — both ... and

**autem** — (*postpositive*) however; moreover, furthermore, indeed

**igitur** — (*postpositive*) therefore

**neque ... neque** — neither ... nor

**nec ... nec** — neither ... nor

## Verbs That Take the Infinitive

You have already learned the verb **posse** (“to be able”) and have seen it used with *complementary infinitives* that complete its meaning:

- ☞ **videre possum** — “I am able to see” or “I can see”
- ☞ **iuvare potuimus** — “we were able to help” or “we could help”

There are other Latin verbs that take complementary infinitives. Many of them are easy to translate into English, because we use similar constructions. Thus **dēbere** (which means “ought” or “must” when it is accompanied by an infinitive) and **audere** (“dare to”):

- ☞ **culpāre dēbēs** — “you ought to blame” or “you must blame” or “you have to blame”
- ☞ **dare dēbēmus** — “we ought to give” or “we must give” or “we have to give”
- ☞ **dīcere audent** — “they dare to speak”

Some examples of other verbs that can use an infinitive to complete its meaning:

- ☞ **dīcere incēpit** — “he began to speak”
- ☞ **ire habuit in animō** — “he had in mind to go” or “he intended to go”
- ☞ **legere scribereque didici** — “I learned to read and write”
- ☞ **bibere solent** — “they are accustomed to drink”

### Put it into practice

Translate the following:

- |                             |                                     |
|-----------------------------|-------------------------------------|
| 1. crās id facere incipiam. | 4. audēbuntne vērītātem dicere?     |
| 2. ibi remanēre cupiēbat.   | 5. nostrōs amīcōs adiuvāre solēmus. |
| 3. superāre eum dēbēbis.    |                                     |

Now compare your answers to the key in Appendix 1.

## The infinitive as a noun

Infinitives are verbal nouns, neuter in gender, and in the above examples they are effectively the direct objects of the verbs that govern them. Infinitives can also be the subject of a verb, for example:

- ☞ **hūmānum est errāre.**  
— “To err is human.”
- ☞ **virtūtēs discere vitia dediscere est.**  
— “To learn virtues is to unlearn vices” (Seneca, *Epistulae Morales* 50.7)

In a sentence like **hūmānum est errāre**, the adjective **hūmānum** is neuter because infinitives are all neuter.

### Put it into practice

Translate the following:

- |                        |                                |
|------------------------|--------------------------------|
| 6. docēre est beātum   | 9. fallere amīcōs est pessimum |
| 7. amāre est maximum   | 10. laudāre stulōs est stultum |
| 8. incipere est prīmum |                                |

Now compare your answers to the key in Appendix 1.

## Post-Positive Particles

Latin has a number of words that are *postpositive*. Some of them you know and some are in this chapter, such as **autem**, **enim**, and **igitur**. They are called *postpositive* because they are placed (or “positioned”) after (“post”) the first word of a sentence.

The function of these words is often not so much to convey a specific meaning, but to help define the relationships between sentences and clauses:

- ☞ **autem** — often offers an antithetical or contrasting thought from what went previously and can be translated “however; on the contrary”; sometimes, it is resumptive and means “moreover”;
- ☞ **enim** — is used to corroborate, confirm, or explain the assertion of the preceding sentence and can be translated “for; for indeed; etc.”;
- ☞ **igitur** — “therefore” is used for statements that have their reasons given in the preceding sentence.

### Put it into practice

Translate the following verbs:

- |              |               |               |
|--------------|---------------|---------------|
| 11. erunt    | 15. mittet    | 19. monēs     |
| 12. gerētis  | 16. manēbō    | 20. terrēs    |
| 13. capiēmus | 17. manētis   | 21. poterimus |
| 14. ducent   | 18. veniēbant | 22. audiētis  |

Now compare your answers to the key in Appendix 1.

## Neque; nec; et ... et; aut ... aut

The conjunction **neque** (which can also be spelled **nec**) is a negative conjunction, and is commonly used as the equivalent of **et nōn**.

- ☞ **rēx bellum gerit nec dē perīculis cōgitat.** —  
“The king is waging war and does not think about the dangers.”

Latin commonly repeats **neque** to express “neither ... nor”:

- ☞ **nec filiis nec filiabus pecūniam dedit.** —  
“He gave money to neither (his) sons nor (his) daughters.”
- ☞ **mors nec bonum nec malum est.** —  
“Death is neither a good thing nor a bad thing.” (Seneca, *Ad Marciam* 19.5)

This is parallel to **et ... et** as “both ... and”:

- ☞ **et aquam et vinum bibimus.** — “We drink both water and wine.”



## Practice Sentences

1. novās sententiās discere numquam desinere dēbēmus. bonī enim vērītātem in novīs saepe inveniēnt.
2. mātṛī vestrae gratiās agere nōn potuī. frāter enim meus verba plēna irae dīcere incēpit.
3. līberī Rōmānī Graecōs librōs legere solēbant. Graecī autem numquam legērunt Rōmānōs .  
     **līberī** — (is this ‘free’ or ‘children?’)
4. sānō cum cōsiliō rēx regere dēbet. sānum enim consilium ad gloriā ducet.
5. bonus homo ibi remanere cupiet ubi eum honor dūxit.
6. nōs arma malōrum terruērunt. ergō nostrī fugere incēpērunt.
7. populus pacem facere semper temptāre dēbēt. libertās enim nōs ad pacem vocat.
8. sī vidēre frātre tuum in animō habēs\*, domum redīre sine morā dēbēs.  
     \**in animō habēre* — “to have in mind”
9. poēta multam sapientiam semper habēbat. ergō dē verbīs eius cōgitāre dēbētis.
10. tyrannus pecūniam ab templis capere incēpit et virōs ibi interficere. avārus enim et malus fuit.
11. meī filiū novōs labōrēs cūrāsque numquam tolerāre poterant. semper enim cēnāre bibereque solēbant.
12. The smallest dangers were beginning to frighten me.
13. I dare to hear neither the words of your (pl.) sister nor the opinions of your brother.
14. We are accustomed to be full of anger when the people do not praise our Emperor.
15. A good teacher must either teach the truth or say nothing.

## Ancient Readings

1. nec vīta nec fortūna hominibus perpetua est.  
*Publilius Syrus*
2. dum docēmus, discimus.  
*Varro, De Lingua Latina 6.7*
3. hominēs dum docent discunt.  
*Seneca, Epistulae Morales, 7. 8*
4. vīxī quemadmodum volūi; quārē mortuus sum, nesciō.  
**quemadmodum** — “*how, in what manner*”  
**nesciō, nescīre, nescīvī, nescītum** — “*not know, be ignorant of*” (16)  
*Funerary inscription (CIL 2.6130)*
5. et vēritātem amāmus et Platōnem, sed melius est amāre vēritātem.  
**melius est** — “*it is better*”  
*Philosophical maxim*
6. dum nōs fata sinunt, oculōs satiāre dēbēmus amōre.  
**fatum, ī, n.** — “*fate*”  
**sinō, -ere, sīvī, situm** — “*allow*”  
*Propertius, Elegiae 2.15.23*
7. omnēs hominēs aut liberī sunt aut servī.  
**omnēs** — “*all*” (nominative plural)  
*Digesta 1.5.3*
8. beātus est quī vivit ut vult.  
**quī** — “*he who*”  
**ut** — “*as*”  
*Thomas Aquinas, Super Evangelium S. Matthaei 5.2*
9. mater timidī flēre nōn solet.  
**timidus, -a, -um** — “*fearful, cowardly, trembling, timid*”  
**fleō, flēre, flēvī, flētum** — “*weep*”  
*Cornelius Nepos, Thrasybulus 2.3*

10. in civitate liberā lingua mēnsque liberae esse dēbent.

**lingua mēnsque** — (note that two singular nouns, together, will take a plural adjective)

**lingua, -ae, f.** — “the tongue; utterance, speech, language”

**mēns, mentis, f.** — “the mind, thought”

*Suetonius, Tiberius 3.28*

11. senatus et populus Romanus beneficii et iniuriae memor esse solet.

**beneficium, -iī, n.** — “a favour, a benefit”

**iniuria, -ae, f.** — “a harm, an injury”

**memor esse** — “to be mindful of, to remember”

*Sallust, Bellum Iugurthinum 104*

12. cattus amat piscēs, sed nōn cupit tangere aquam.

**cattus, -ī, m.** — “cat”

**piscis, -is, f.** — “fish”

*Proverb (Binder, Thesaurus 456)*

13. quī bene vīvit, bene docet, et quī bene docet, Deī nuntius est.

**quī** — “he who...”

**nuntius** — “a messenger”

*Thomas à Kempis, Hortulus Rosarum 6*

14. spēs famae solet ad virtūtem impellere multōs.

**spēs famae** — “hope (nom.) of fame”

**impellō, -ere** — *impel, push towards*

*Palingenius, Zodiacus Vitae, Aries 11*

15. lex nōn debet habēre unam syllabam vacuam.

**unus, -a, -um** — one (9)

**syllaba, -ae, f.** — (sounds like?)

**vacuus, -a, -um** — *empty* (14)

*Charles Cahier, Quelque Six Mille Proverbes 1564*

16. signum scientiae est posse docēre.

**scientia, -ae, f.** — *knowledge; science*

*Thomas Aquinas, Sententia libri Ethicorum 6.3.6*

17. amīcī vitia sī tolerās, facis tua.

*Publilius Syrus*

**Legal maxim #23**

---

mātrimōnia debent esse libera.

mātrimōnium, -iī, n. — (*sounds like?*)

*Invoking the legal principle that marriage should be entered freely by both parties.*

**Legal maxim #24**

---

furiōsus neque emere neque vendere potest.

furiōsus, -a, -um — “insane, crazy”

emō, emere, ēmī, emptum — “buy”

vendō, -ere, vendidī, venditum — “sell”

*Legal principal requiring mental capacity in order for one’s acts to be legally valid.*

# 9

---

DEMONSTRATIVES

ADJECTIVES WITH GENITIVES IN -IUS

## Vocabulary to learn

### demonstratives

---

**hīc, haec, hōc** (*gen. huius*) — this, these; he, she, it, they

**ille, illa, illud** (*gen. illius*) — that, those (of his); he, she, it, they

**iste, ista, istud** (*gen. istius*) — that, those (of yours) (sometimes used contemptuously)

### adjectives

---

**alius, alia, aliud** (*gen. alterius*) — other, another; different

**alii ... alii** — some ... others

**aliud ... aliud** — one thing ... another

**alter, altera, alterum** (*gen. alterius*) — the other (of two)

**neuter, -tra, -trum** (*gen. neutrius*) — neither (of two)

**nūllus, -a, -um** (*gen. nūllius*) — no, not any; none

**nōnnūllus, -a, -um** (*gen. nōnnūllius*) — some (lit. not none)

**sōlus, -a, -um** (*gen. sōlius*) — alone, only; the only

**nōn solum ... sed etiam** — not only, but also

**tōtus, -a, -um** (*gen. tōtius*) — whole, entire

**ūllus, -a, -um** (*gen. ūllius*) — any

**ūnus, -a, -um** (*gen. ūnīus*) — one, single, alone

**uter, -tra, -trum** (*gen. utrius*) — which (of two)...?, either

### nouns

---

**cōpia, cōpiae, f.** — abundance, supply

**cōpiae, -ārum, f. pl.** — supplies; troops, forces

**discipula, -ae, f.** — pupil, student (female)

**discipulus, -ī, m.** — pupil, student (male)

**locus, -ī, m.** — a place; a passage (in a book)

**loca, -ōrum, n. pl.** — places

**locī, -ōrum, m. pl.** — passages in literature

**medicus, medicī, m.** — doctor, physician

**morbis, -ī, m.** — sickness, disease

**ratio, ratiōnis, f.** — method, plan; reason; system; calculation, account

**remedium, remediī, n.** — remedy, cure

**voluptās, voluptātis, f.** — pleasure

### verbs

---

**necō, necāre, necāvī, necātum** — to kill, slay, murder

**trahō, trahere, trāxī, tractum** — to drag, draw; get, obtain, derive; attract

### other

---

**ante** — (prep. + acc.) before

**quārē** — because of which; wherefore; why

**quoniam** — (conjunction) since, inasmuch as, because

**tamen** — (adv., postpositive) nevertheless, still

**post** — (prep. + acc.) after, behind

## Demonstratives

Demonstratives (from **demonstrāre**, “to show”) can be either pronouns or adjectives and function to designate what a speaker or writer is pointing to. They function much like “this/these” and “that/those” in English.

Here is the paradigm for the pronoun **hīc, haec, hōc** (“this/these (of mine)”). Note, especially, the genitive and dative singular. Because the basic pattern here is typified in the Latin pronouns, we refer to this as the pronomial declension:

|      | singular     |              |              | plural       |              |              |
|------|--------------|--------------|--------------|--------------|--------------|--------------|
|      | masc.        | fem.         | neut.        | masc.        | fem.         | neut.        |
| nom. | <b>hīc</b>   | <b>haec</b>  | <b>hōc</b>   | <b>hī</b>    | <b>hae</b>   | <b>haec</b>  |
| gen. | <b>huius</b> | <b>huius</b> | <b>huius</b> | <b>hōrum</b> | <b>hārum</b> | <b>hōrum</b> |
| dat. | <b>huic</b>  | <b>huic</b>  | <b>huic</b>  | <b>hīs</b>   | <b>hīs</b>   | <b>hīs</b>   |
| acc. | <b>hunc</b>  | <b>hanc</b>  | <b>hōc</b>   | <b>hōs</b>   | <b>hās</b>   | <b>haec</b>  |
| abl. | <b>hōc</b>   | <b>hāc</b>   | <b>hōc</b>   | <b>hīs</b>   | <b>hīs</b>   | <b>hīs</b>   |

The pronoun “that/those (of his)” has similar endings in the genitive and dative singulars:

|      | singular      |               |                     | plural         |                |                |
|------|---------------|---------------|---------------------|----------------|----------------|----------------|
|      | masc.         | fem.          | neut.               | masc.          | fem.           | neut.          |
| nom. | <b>ille</b>   | <b>illa</b>   | <b>ill<u>u</u>d</b> | <b>illī</b>    | <b>illae</b>   | <b>illa</b>    |
| gen. | <b>illius</b> | <b>illius</b> | <b>illius</b>       | <b>illōrum</b> | <b>illārum</b> | <b>illōrum</b> |
| dat. | <b>illī</b>   | <b>illī</b>   | <b>illī</b>         | <b>illis</b>   | <b>illis</b>   | <b>illis</b>   |
| acc. | <b>illum</b>  | <b>illam</b>  | <b>ill<u>u</u>d</b> | <b>illōs</b>   | <b>illās</b>   | <b>illa</b>    |
| abl. | <b>illō</b>   | <b>illā</b>   | <b>illō</b>         | <b>illis</b>   | <b>illis</b>   | <b>illis</b>   |

Note, too, the neuter singular nominative and accusative have forms that are slightly irregular.

Finally, the pronoun “that/those (of yours)”, which designates a “that” belonging to an addressee:

|      | singular      |               |                     | plural         |                |                |
|------|---------------|---------------|---------------------|----------------|----------------|----------------|
|      | masc.         | fem.          | neut.               | masc.          | fem.           | neut.          |
| nom. | <b>iste</b>   | <b>ista</b>   | <b>ist<u>u</u>d</b> | <b>istī</b>    | <b>istae</b>   | <b>ista</b>    |
| gen. | <b>istius</b> | <b>istius</b> | <b>istius</b>       | <b>istōrum</b> | <b>istārum</b> | <b>istōrum</b> |
| dat. | <b>istī</b>   | <b>istī</b>   | <b>istī</b>         | <b>istīs</b>   | <b>istīs</b>   | <b>istīs</b>   |
| acc. | <b>istum</b>  | <b>istam</b>  | <b>ist<u>u</u>d</b> | <b>istōs</b>   | <b>istās</b>   | <b>ista</b>    |
| abl. | <b>istō</b>   | <b>istā</b>   | <b>istō</b>         | <b>istīs</b>   | <b>istīs</b>   | <b>istīs</b>   |

The point of the demonstratives is to designate nouns that are either near the speaker (**hic vir** — “this man”), near the addressee (**iste amicus** — “that friend (of yours)”), or distant from both (**illud dōnum** — “that gift over there, that gift of his”). The demonstrative **iste** is sometimes used contemptuously.

Here are some examples:

|   |   |  |
|---|---|--|
| <b>hic amicus</b><br>— “this friend”                | <b>illa aqua</b><br>— “that water”                  | <b>istud dōnum</b><br>— “that gift”                |
| <b>huius amīcī</b><br>— “of this friend”            | <b>illius aquae</b><br>— “of that water”            | <b>istius dōnī</b><br>— “of that gift”             |
| <b>huic amīcō</b><br>— “to/for this friend”         | <b>illī aquae</b><br>— “to/for that water”          | <b>istī dōnō</b><br>— “to/for that gift”           |
| <b>hunc amīcum</b><br>— “this friend”               | <b>illam aquam</b><br>— “that water”                | <b>istud dōnum</b><br>— “that gift”                |
| <b>hōc amīcō</b><br>— “by/with this friend”         | <b>illā aquā</b><br>— “by/with that water”          | <b>istō dōnō</b><br>— “by/with that gift”          |
| <b>hī amīcī</b><br>— “these friends”                | <b>illae aquae</b><br>— “those waters”              | <b>ista dōna</b><br>— “those gifts”                |
| <b>hōrum amīcōrum</b><br>— “of these friends”       | <b>illārum aquārum</b><br>— “of those waters”       | <b>istōrum dōnōrum</b><br>— “of those gifts”       |
| <b>hīs amīcīs</b><br>— “to/for these friends”       | <b>illīs aquīs</b><br>— “to/for those waters”       | <b>istīs dōnīs</b><br>— “to/for those gifts”       |
| <b>hōs amīcōs</b><br>— “these friends”              | <b>illās aquās</b><br>— “those waters”              | <b>ista dōna</b><br>— “those gifts”                |
| <b>hīs amīcīs</b><br>— “by/with/from these friends” | <b>illīs aquīs</b><br>— “by/with/from those waters” | <b>istīs dōnīs</b><br>— “by/with/from those gifts” |

The forms are not particularly challenging. Special attention, however, needs to be paid to the genitive (**huius, illius, istius**) and dative singular (**huic, illī, istī**).

#### Put it into practice

Translate the following prepositional phrases in which the demonstratives are being used demonstratively:

- |                          |                         |
|--------------------------|-------------------------|
| 1. sine hīs lēgibus      | 7. ab illō tempore      |
| 2. propter illum labōrem | 8. out of those temples |
| 3. ante illud tempus     | 9. before that delay    |
| 4. per hās virtūtēs      | 10. with this love      |
| 5. cum hīs carminibus    | 11. with those songs    |
| 6. sine illō lēge        | 12. in these fears      |

Now compare your answers to the key in Appendix 1.

#### Substantive use of demonstratives

Like any adjective, demonstratives are commonly used as substantives.

- ⇒ **hic** — “this (man)”
- ⇒ **illa** — “that (woman)”
- ⇒ **istud** — “that (thing)”
- ⇒ **hī** — “these (men)”
- ⇒ **haec** — “these (things)”



Both **ille** and **hic** are often used much like English uses “the former” and “the latter” when referring to people and things already mentioned in a sentence. Here, **hic** refers to “the latter” and **ille** to “the former”.

### Put it into practice

Translate the following prepositional phrases in which the demonstratives are being used substantively.

- |                 |                                     |
|-----------------|-------------------------------------|
| 13. inter haec  | 19. propter haec                    |
| 14. ex hōc      | 20. ab illis                        |
| 15. sine hīs    | 21. on account of that (thing)      |
| 16. propter hōc | 22. on account of that man’s virtue |
| 17. cum hīs     | 23. with the songs of those (men)   |
| 18. ex illis    | 24. with the body of that (man)     |

Now compare your answers to the key in Appendix 1.

## Adjectives with Pronominal Endings (-ius)

A group of nine adjectives have special endings in the dative and genitive. These are very common, so that they are worth paying special attention to. The genitives and datives are similar to those of the demonstratives **ille** and **hic** that you have just learned: their genitives end in **-ius** and their datives **-ī**. Here is the paradigm for the adjective **sōlus**, **-a**, **-um** (“alone, only”).

|                   | <i>masculine</i> | <i>feminine</i> | <i>neuter</i>  |
|-------------------|------------------|-----------------|----------------|
| <i>nom. sing.</i> | <b>sōlus</b>     | <b>sōla</b>     | <b>sōlum</b>   |
| <i>gen. sing.</i> | <b>sōlius</b>    | <b>sōlius</b>   | <b>sōlius</b>  |
| <i>dat. sing.</i> | <b>sōlī</b>      | <b>sōlī</b>     | <b>sōlī</b>    |
| <i>acc. sing.</i> | <b>sōlum</b>     | <b>sōlam</b>    | <b>sōlum</b>   |
| <i>abl. sing.</i> | <b>sōlō</b>      | <b>sōlā</b>     | <b>sōlō</b>    |
| <i>voc. sing.</i> | <b>sōle</b>      | <b>sōla</b>     | <b>sōlum</b>   |
| <i>nom. plur.</i> | <b>sōli</b>      | <b>sōlae</b>    | <b>sōla</b>    |
| <i>gen. plur.</i> | <b>sōlōrum</b>   | <b>sōlārum</b>  | <b>sōlōrum</b> |
| <i>dat. plur.</i> | <b>sōlis</b>     | <b>sōlis</b>    | <b>sōlis</b>   |
| <i>acc. plur.</i> | <b>sōlōs</b>     | <b>sōlās</b>    | <b>sōla</b>    |
| <i>abl. plur.</i> | <b>sōlis</b>     | <b>sōlis</b>    | <b>sōlis</b>   |
| <i>voc. plur.</i> | <b>sōli</b>      | <b>sōlae</b>    | <b>sōla</b>    |

As you can see, apart from the singular genitive (**sōlius**) and singular dative (**sōlī**), the forms are just like any adjective of the first and second declension.

The most common of these, **alius**, **alia**, **aliud** (“other, another”) has two other irregularities: its neuter singular is **aliud** (cf. **illud** and **istud**) and its genitive singular is **alterius** (from **alter**).

The list of adjectives that use these endings is not long and can be remembered through the handy mnemonic **ūnus nauta**:

- ūnus**, -a, -um (gen. **ūnīus**) — one, single, alone
- nūllus**, -a, -um (gen. **nūllīus**) — no, not any; none
- ūllus**, -a, -um (gen. **ūllīus**) — any
- sōlus**, -a, -um (gen. **sōlius**) — alone, only; the only
- neuter**, -tra, -trum (gen. **neutrius**) — neither (of two)
- alius**, alia, aliud (gen. **alterius**) — other, another; different
- uter**, -tra, -trum (gen. **utrius**) — which (of two)...?, either
- tōtus**, -a, -um (gen. **tōtīus**) — whole, entire
- alter**, altera, alterum (gen. **alterius**) — the other (of two)

## Practice Sentences

1. medicus dē morbīs virginum saepe cōgitābat. ille igitur librum dē remediīs hōrum scrīpsit.
2. sententiās vērās habēbō, si vītā meam ratiō reget. haec enim hominibus sapientiam semper trādit.
3. illa carmina maximā cum voluptāte legimus. verba enim illīus scrīptōris plēna sunt sapientiae.
4. “uter puer est vester filius?” “neuter noster est.”
5. quō post hōc bellum liberōs tuōs mittēs? nōs enim pessimus tyrannus reget nec liberī esse poterimus.
6. iste necāre rēginam cōsiliū habet, sed illae bonae eam monēbunt servābuntque.
7. sī illōs bonōs adiuvāre audēmus, haec loca libera erunt ab armīs cōpiisque istius tyrannī.
8. amīcamne tuam vidisti sōlam in illō locō herī?
9. aliī aquam bibere solēbant, aliī vīnum cum aquā. nōnnullī autem vīnum sine aquā bibēbant.
10. aliud est dīcere, aliud est facere. et dīcite ergō et facite!
11. Sempronia erat uxor alterius frātris, Tullia alterius.

12. alius magister discipulās laudābit, alius culpābit. nōnnūllī autem nihil facient.
13. imperātor cōpiās ad Graecōs dūxit. hī igitur illum propter exitium civitātum culpant.
14. pater haec pulchra dōna nōbīs dedit. alterum autem ex hīs est magnum, alterum parvum.
15. nisi ūnus ex filiīs vestrīs vērītātem dīcere audēbit, nec cīvītās nec liberī vestrī erunt liberī.
16. medicī nūllum remedium huius morbī facere poterant. multī igitur in illō locō perivērunt.
17. I shall remain happy in this place, since our state has not only peace but also good laws.
18. Will you (sg.) be able to teach those students, if they will not listen?
19. The boy will not be able to endure (tolerāre) this labour, for he is not well (valēre).
20. There was a time when those men used to come to Rome with our friends. Now, however, they come alone.
21. When the people came to the temple, a beautiful maiden was accustomed (use the imperfect) to speak about the goddesses.

## Ancient Readings

1. ratiō docet et explānat.  
**explānō, -āre, -āvī, -ātum** — “explain”  
*Cicero, De Officiis 1.101*
2. nec timidē prōmitte: trahunt prōmissa puellās.  
**timidē** (adv.) — “timidly”  
**prōmittō, -ere, -mīsī, -misum** — “promise”  
**prōmissum, -ī, n.** — “a promise”  
*Ovid, Ars Amatoria 1.629*
3. nātūra agit semper per viās simplicēs.  
**simplicēs** — “simple” (plural accusative)  
*Leibnitz*

4. Scīpiō, quamquam est mortuus, vīvit tamen semperque vīvet;  
virtūtem enim eius amāvī.  
Scīpiō — (the name of one of Rome’s most famous generals)  
quamquam est mortuus — “although he is dead”  
Cicero, *De Amicitia* 102
5. Sōcratēs p̄rimus philosophiam dēvocāvit ē caelō et in hominēs  
intrōdūxit et incēpit dē vītā et mōribus cōgitāre.  
dēvocāre — *dē-* + *vocāre*  
intrōdūcō, -ere, -dūxī, -ductum — (sounds like?)  
Cicero, *Tusculanae Disputationes* 5.10
6. magna paupertās venit nōn ex inopiā magnā, sed ex magnā cōpiā.  
paupertās, -tātis, f. — “poverty” (ch. 14)  
inopia, -ae, f. — “scarcity”  
Aulus Gellius, *Noctes Atticae* 9.8.1
7. foedus inter mē et tē est et inter patrem meum et patrem tuum.  
foedus, -eris, n. — “treaty; alliance”  
Vulgate, 2 *Chron.* 16:3
8. nōn ūnīus terrae, sed tōtīus nātūrae interpretēs sumus.  
interpres, -etis, m. — “an interpreter”  
Plinius Maior, *Historia Naturalis* 18.214
9. aliud est dare, aliud prōmittere.  
prōmittō, -ere — “to promise”  
Ancient proverb
10. ubi vitia nōn sunt, ibi nec virtūtī locus est.  
Ancient proverb
11. vīta nec bonum nec malum est; bonī et malī locus est.  
Seneca, *Epistulae Morales* 99.12
12. morbus, exitium, ignis: nihil hōrum repentīnum est.  
ignis, -is, m. — “fire”  
repentīnus, -a, -um — “sudden”  
Seneca, *De Tranquillitate Animi* 11
13. virtūs sōla, sī adest, vītā efficit beātā.  
adsum, adesse — “to be present”  
efficit — (ex + facere) ≈ *facit*  
Cicero, *De Finibus* 5.78

14. ūnum contrāriōrum nōn potest esse causa alterīus. malum autem est contrārium bonō. ergō bonum nōn potest esse causa malī.

**contrārium, -iī n.** — “an opposite, antithesis”

*Thomas Aquinas, Summa Theologica, pt. I, quaes. 49*

15. nihil aliud est ēbrietās nisi voluntāria īnsānia.

**ēbrietās, -tātis** — “drunkenness”

**voluntāria īnsānia** — (sounds like?)

*Seneca, Epistulae Morales 83.18*

16. sōlus erō quoniam nōn possum esse tuus.

*Propertius, Elegiae 2. 9. 46*

17. nēc vitia nostra nēc remedia tolerāre possumus.

*Livy, Ab Urbe Condita, Praefatio 9*

18. inter dominum et servum nūlla amīcitia est.

*Curtius Rufus, Historiae 7.8*

19. nullum magnum ingenium sine mixturā dementiae fuit.

**ingenium, -iī, n.** — “talent”

**mixtura, -ae, f.** — (sounds like?)

**dementia, -ae, f.** — (sounds like?)

*Aristotle apud Seneca, De Tranquillitate Animi 17.10*

20. fortūna multīs dat nimium, satis nūllī.

**satis** — “enough”

**nimum** — “too much”

*Martial, Epigrammata, 12.10.2*

21. fugere nōn potes necessitatēs, potes vincere. erit via. et hanc tibi viam dabit philosophia. ad philosophiam tē necesse est dare, sī cupis salvus esse, sī securus, sī beātus, denique sī cupis esse, quod est maximum, liber.

**necessitas, -tātis, f.** — “necessity”

**denique** — (adv.) “finally” (15)

**quod est maximum** — “that which is the greatest thing”

*Seneca, Epistulae Morales 37.3*

### Legal maxim #25

audi alteram partem.

**pars, partis, f.** — “part, side”

*Legal principle establishing that there cannot be a fair trial unless both sides are heard.*

**Legal maxim #26**

in locō parentis

**parens, parentis, m./f.** — (sounds like?)

*Description of the status of someone entrusted with the rights, duties and responsibilities of a parent.*

**Legal maxim #29**

ūnīus dictum, dictum nūllius.

**dictum, -ī, n.** — “statement”

*The evidence of a single witness is not sufficient to establish any critical and material fact. (Relevant only in some jurisdictions.)*

**Let us lie in bed kissing...**

hōc nūllus labor est ruborque nūllus:

hōc iuvit, iuvat et diū iuvābit;

hōc nōn dēficit incipitque semper.

**hōc** *here refers to kissing*

**rubor, -ōris, m.** — “shame”

**diū** — (adv.) “for a long time” (ch. 11)

**dēficiō, -ere, -fēci, -fectum** — “fail, forsake; cease, disappear”

*Petronius, Anthologia Latina 700*

**John Owen 3.113****AD PONTICUM**

saepe rogās, “quot habēs annōs?” respondeō, nūllōs.

quārē? annōs habuī, Pontice, nōn habeō.

**rogō, -āre, -āvī, -ātum** — “to ask”

**quot** — “how many...?”

**Ponticus** — (a man’s name)

**Noctua et Sōl**

noctua sōlem culpābat; huius enim radii nimis splendōris habuērunt. sōl autem dixit, “Nōlī mē culpāre, sed oculōs tuōs.”

**noctua, -ae, f.** — “an owl”

**sōl, sōlis, m.** — “the sun”

**nimis splendōris** — “too much (of) brightness”

**radius, -ii, m.** — “a ray, a beam; a wheel-spoke”

*Adapted from Aesopus apud G.H. Stoddard, The New Delectus, p. 109*

## The Hīc Haec Hōc song

*(sung to the tune of “Hail, Hail, the Gang’s All Here!”)*

**hīc, haec**, then comes **hōc**;

**huius** means “of this”;

**huic** is “to *or* for this”.

**hunc, hanc**, and then **hōc**;

ablative is **hōc, hāc, hōc!**


**hī, hae**, then comes **haec**;

**hōrum, hārum, hōrum**;

**hīs, hīs, hīs!**

**hōs, hās**, and then **haec**;

ablative is **hīs, hīs, hīs!**



### Put it into practice

Using the image of a Roman family opposite, in groups of two or three:

- \* note that 'hic' will refer to the characters on your sheet; 'ille' to the characters on your partner's sheet; use 'iste' sometimes for 'ille'
- Round one.** Nominatives and accusatives and genitives
- One student touches one of the characters on his own sheet and says 'hic/haec est \_\_\_\_\_. Quem tango?' (quem = 'whom' accusative of 'who')
- Another touches the same character and answers 'ille/illa est \_\_\_\_\_. tangis illum/illam.'
- The first student touches the same character asks 'quis est hic/haec?'
- Student #2 defines him with reference to someone else: e.g. 'ille est frater illius puellae' (pointing to the girl in question).
- Some familial facts that you may want to know:
- Fannia and Fannius are brother and sister.
- Fannia and Sempronius Longus are husband and wife
- Marcus, Gaius, and Sempronia are the children of Fannia and Sempronius Longus
- Flava, and Syrus are the family's slaves.
- Pollux (genitive, Pollucis) is an ex-slave, or freedman
- Some Latin terms that you may find helpful:
- avunculus, -i, m. — 'uncle'
- libertus, -i, m — 'freedman'
- patronus, -i, m. — 'patron' (the former owner of a freed slave)

**Round two.** Repeat using plurals. **Round three.** Repeat using imperfects Have student #1 touch someone for 5 seconds and then remove his finger. His question is now 'quem tangebam?' **Round four.** Repeat using, but ask 'ubi est \_\_\_\_\_', with the answer being proximus (next to) + dative. **Round five.** Repeat rounds 1, 2, and 3 using ablatives of means, singular and plural. (digitus - "finger"; clavicula, -ae, f. = pen)



# 10

---

PERSONAL PRONOUNS

NĒMŌ

## Vocabulary to learn

### pronouns

**ego, mei, mihi, mē, mē** — I  
**is, ea, id** (*gen: eius*) — he/she/it  
**nōs, nostrum/nostri, nōbīs, nōs, nōbīs** — we, us  
**tū, tuī, tibi, tē, tē** — you (sg.)  
**vōs, vestrum/vestri, vōbīs, vōs, vōbīs** — you (pl.)

### verbs

**dēmonstrō, -āre, -āvī, -ātum** — to show, demonstrate; indicate, point out  
**ēveniō, ēvenīre, ēvēnī, ēventum** — to happen, befall; come out, come forth  
**inveniō, invenīre, invēnī, inventum** — to come upon, find  
**labōrō, labōrāre, labōrāvī, labōrātum** — to work, strive; to suffer  
**lateō, latēre, latuī, ~** — to hide, lie hid, be concealed; lurk  
**timeō, timēre, timuī, ~** — to fear, be afraid of

### nouns

**castra, -ōrum, n.** — a military camp, an encampment  
**cupiditās, cupiditātis, f.** — desire, longing; greed; passion, lust  
**dīvitiae, dīvitiārum, f. pl.** — riches, wealth  
**insidiae, -ārum, f. pl.** — plots, treachery; an ambush  
